



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regula LXV. In pari delicto vel causâ potior est conditio possidentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

num in fidei Christianæ articulis instituit, *cap. 2. De cognat. spirit. lib. 6.* item in ordinatione Clericorum, *can. fin. 1x. quest. 2.* & consecratione Ecclesie ab alieno Episcopo facta, *can. Episcopus in dice. cesi. 11. quest. 1.* item in sententia iudicis durius, *ut in l. mori. 9. §. sed D. De interd. & relog.* vel sub conditione lata, *l. 1. §. biduum D. Quando appell. fir. Adde casum in l. 3. d. de officio prat. Hæc & si quæ*

alia sint, licet prohibente jure fiant, non tamen pro infectis habentur; eò quòd jus expressè illa sustineat ex certis causis, non perseverando intra limites prohibitionis, *facit text. in cap. Ad apostolicam 16. circa fin. Ext. de regularib.* Aliter in cæteris casibus, qui prohibiti sunt, sed non permitti à jure, in quibus statuit Regula nostræ.

REGULA LXV.

In pari delicto vel causâ potior est conditio possidentis.

EX hac Regula efficitur, quòd, si pecunia alicui data sit, stupri, homicidii, vel alterius delicti causâ, ea repeti non possit, quia uariis que turpitudine tam dantis quam accipientis versatur, *l. 3. l. 4. C. de condit. ob turp. caus. & l. 2. C. de tit. secus, si tantum turpitudine sit ex parte recipientis, ut puta, Dedi tibi, ne furtum faceres, ne hominem occideres, vel ut depositum vel commodatum restitueres. Nam his & similibus spe-*

ciebus repetitioni locus est, *l. 2. d. de tit. si tamen, priusquam delinqueres, dederim.* Nam quòd post delictum admissum datum est, non repetitur, cum solutio subsequens aboleat & purget turpitudinem præcedentem, *l. penult. d. eod.* Idem enim servatur in metu, quem & expellit subsequens spontanea solutio, *l. 2. C. de his qua vi metus caus.* Adde quæ diximus alibi ad c. *Cum sunt partium sup. not.*

REGULA LXVI.

Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Vide quæ tradidimus ad *cap. Impulsari supra eod.*

REGULA LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

HUic consequens est, sicut prohibemur nostro nomine exercere usuras, ita & alieno nomine, etiam pro redimenda vita captivi, *cap. 4. Ext. de usuris* Parens quoque, qui sibi testamentum facere non potest, nec liberis suis potest, *Parag. liberi Instituit. de pupill. substituit.* Aliaque exempla breviter studio omittimus Sed restringenda est hæc Regula: nisi ratio prohibitionis ex persona mea proveniens, cesset in persona alterius. Ut ecce, certum est me non posse meo nomine consentire in matrimonium cum mea consanguinea vel affine intra quartum gradum, *c. Non debet Ext. de consang. & affin.* et non prohibeorextranei nomine, tamquam procura-

tor cum eadem matrimonium contrahere, *cap. fin. de procurator. lib. 6.* quia in extraneo cellas impedimentum, quod ex parte mea subest. Item filiusfamilias in iudicio sine consensu patris agere vel conveniri non potest, *cap. 3. de iudicis lib. 6. l. fin. Parag. 1. Cod. de bonis qua lib. et alieno nomine potest, cap. Quis generaliter Parag. 1. de procurator. lib. 6.* quia nullum hic periculum filio vel patri vertitur: cum si causâ eadat filius, executio sententiæ in principalem dirigatur, *l. Plantius G. d. de procurator. vide tamen Berrol. ad d. Parag. 1.* Sic licet per alienum fundum invito domino, ire, & agere meo nomine non possim; tamen alieno nomine possim,